

Nicolaus Christoph Lyncker von

**Nic. Christoph. S.R.I. Eques Et Dom. Nob. De Lyncker, Sereniss. Duci Sax. Vinariensi A Consil. Status Intimis, Supr. Consistor. Vinar. Ut Et Coll. ICC. Ienens. Praeses Ordinar. Et Hoc Temp. Decanus, L.S. & O. : [P.P. ipso Festo Tr. Regum. MDCXCIX.]**

Ienae: Litteris Wertherianis, [1699]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770290086>

Druck Freier  Zugang





LB FP Bode, Ludwig 1699

II\_ 1561. 37.

NIC. CHRISTOPH.

S. R. I. EQVES ET DOM. NOB.

DE LYNCKER,

SERENISS. DUCI SAX. VINARIENSI

A CONSIL. STATUS INTIMIS,

SUPR. CONSISTOR. VINAR.

UT ET

COLL. JCC. JENENS. PRÆSES ORDINAR.

ET HOC TEMP. DECANUS,

L. S. & O.

---

J E N Æ,

LITTERIS WERTHERIANIS.

II 1560<sup>37</sup>

MICHAEL CHRISTOPH

S. R. I. FOVES ET DOM. NOB.

DE LYNCKER

SEBASTIANUS DUCI SAK. VINAHENSI

A CONSILII STATVS INTIMIS

SUPR. COLLEGIUM VIVAR.



COLLEGIUM VIVARIUM

ET HOC TEST. DECERNIS

1688

1688

BIBLIOTHECA VIVARIUM

**D**Um, ex recepto more Aca-  
demix nostræ, suas ad textum quendam notabilem  
*Recitationes publicas* instituturus est SUPREMO-  
RUM IN UTROQUE JURE HONO-  
RUM CANDIDATUS CLARISSIMUS,  
DN. LUDOVICUS Bode

de natalibus ejus, educatione & studiis, ut aliqua commemoremus,  
& honos eorundem & decus publicum postulant. Est autem na-  
tus Ille *Greusene*, die XXVII. Decembr. A. C. MDC LXXV. eod-  
demque natali die sacro lavacro regeneritus. *Parentes* ei obtigerunt  
Nobiliss. Ampliss. & Experientissimus Vir, DN. VOLCMARUS  
Bode/ Hæreditarius in Oberndorfstet & BorGreußen / Archiater  
Electoralis Moguntinus, Scholarcha & Consul Greussenæ prima-  
rius, & Matrona sexûs sui Virtutibus ornatisima, CATHARINA,  
BALTHASARIS BERTHUCHII, Consulis & Pharmacopolæ Denn-  
stadini, filia natu maxima. Sub horum parentum, ut & præcepto-  
rum domesticorum, regimine ac eura fidei & pietatis fundamenta  
solicite jecit; donec scholæ publicæ *Greusensi* commissus, Præcep-  
torum optimorum institutione bonis literis adeo imbueretur, ut  
dicendo pariter e publica cathedra, & scribendô, magis magisque  
ingenii vires provehere posset; obstetricantibus præprimis Rectori-  
bus perquam solertibus ac fidelibus; DN. M. GOTHOFREDO  
GRAUSEN, ad Rectoratum *Longobalsensem* jam pridem evedto,  
& DN. M. VOLCMARO JOH. HERWIGIO, adhuc dum rem  
scholasticam ibidem, non sine maximâ dexteritatis & industriæ lau-  
de, administrante: quorum memoria apud ipsum haud unquam in-  
termoritura est. Interea ore paterno, per discursus *Logicos, Ethicos,*  
*Physicos, aliosque* ad fundamentum studii *Medici* collimantes, ita for-  
mabatur, ut altiora petere e re ipsius haberi potuerit; præ cæteris  
verò alma nostra SALANA ei arrisit, quam & ante quinquennium &  
quod excedit, *Anno sc. MDCXCIII.* RECTORE t. t. MAGNIFICO. DN.  
JO. ANDR. DANZIO, Lingu. Sacr. & Orient. Prof. Ord. longè cele-  
berrimo, ingressus, ita habere in deliciis, ob sedulitatem ac fidem præ-  
ceptorum optimorum, qui salutem pariter ac profectus alumporum  
suo.

suorum obnixè anhelant, ut & copiam addiscendarum omnis generis artium & exercitorum, quin & loci amœnitatem, cœpit, ut amor ejus indies, increverit. Quamvis autem initio ei propositum fuerit, animum applicare nobilissimo studio *Medico*: unde nihil intactum reliquit, quod in necessariis eò studiis, ex omnigenæ *philosophiæ* partibus, proficuum videri posset: variaque *Collegia* generalia ac specialia, secundùm celeberrimorum *Philosophiæ* Professorum ductum frequentavit, in quibus Reverendos plurimùm, Experientiss. & Excell. Viros, DN. D. HEBENSTREITIUM, in *Philosophiæ primâ*, *Logicis* ac *Ethicis*, DN. POSNERUM, in *Physicis*, DN. D. SCHMIDIUM, in *Mathesi*, Præceptores habuit; quibus multam gratiam ac reverentiam se debere proficitur. Quin & ut *Medicina* fundamentis, domi secum natis, ac cum lacte materno ei quasi instillatis, plura superstrueret, Amplissimum ac Experientissimum DN. SCHELHAMERUM, tunc temporis Anatom. & Botan. Prof. Publ. longè celeberrimum, adivit, ejusque ductu ac consilio varia *Collegia Anatomica*, *Botanica*, atque *curiosa*, publicè ac privatim absolvit, simulque ex discursibus famigeratissimi DN. WEDELII, Consiliarii & Archiatri Ducalis Saxonici, publ. & privatim institutis, magna emolumenta se cepisse gratâ mente commemorat. Tamen dehinc optimi Parentis suasu, & rationibus prægnantibus, permotus, studio illi valedicere constituit: indeque prima studii *Juris* fundamenta in Collegio nostro privato ad *Institutiones Justinianæ* & *Pandectas* posuit, nec non scholis Illustris DN. WILDVOGELII, Consiliarii Ducal. Saxon. intimi, & Antecessoris celeberrimi, in *Defselii* erotemata *Juris Canon.* interfuit, partesque *Juris reliquas*, *Manuductione Doctorum quoque aliorum*, sedulâ executus est: nec non *disputando* ingenium nonnunquàm sub præsidio Nobiliss. & Ampliss. DN. BEIERI, JC. & Professoris Ord. celeberrimi, excoluit, tam *opponentis* quàm *Respondentis* munere, in Collegio *Disputatorio publico*, ad *Schnobelii* Exercitationes ad *Pandectas*, perfunctus. Hinc tandem eam studiorum suorum fiduciam accepit, ut ad Honores *Doctoreos* adspirare se posse consideret. Quare ut ad consuetâ *Candidatorum experimenta* admitteretur, à *Facultate nostrâ* modestè petiit. Quibus admotus, in utrôque *examine*, quod *tentamen & rigo-rosum* appellamus, adeò promptum & munitum se exhibuit, in re-

solven-

solvendis quæstionibus & doctrinis firmandis, ut unanimi Decreto dignissimus fuerit habitus, qui desiderio suo potiretur. Itaque crassimâ luce *Cursoriam Lectionem* habebit, in quâ exponendam sibi sumsit Constitutionem Imperatoriam *Legis Si à te. 7. C. d. Pactis inter empt. & vendit. compos.* de quâ non possum quin aliqua in prægustum præmoneam. Etenim pro *singulari* non habet textum *Brunnemannus*, dum illum ad *retrovenditionem* retulit: qui præterea in *Facto & Jure* plura hîc immutat. Utique nil ad *lectionem Textus* observat; quod tamen Commentatoris est. Jam verò legunt aliqui: non jure *petit*, ut pars *Legis* prior, æquè ac posterior, ad emptorem referatur: quæ tamen lectio non æquè probabilis est. In *FACTO* ait: Venditum fuisse fundum sub *conditione*, (ea scilicet formâ seu lege, ut l. 1. 3. 4. C. eod. Sic enim accuratiùs, cum pl. referat, exprimi debuit.) Non quælibet adjectio *conditionem* facit: & hîc venditio *pura* est; non sub *conditione*. Unde & emptor die præteritâ, quæ ad auctorem venditionis, si rem *inemptam* volet, pertinet, non fit dominus rei sive *retinet* eam, per defectum conditionis; sed ex causâ venditionis, quæ *pura* fuit. *Conditio* nil ponit: hîc verò est *præstatio* pretii, cui certa *dies præstituta* est. Porro ait, veteri venditorem, ut *moras nexurus* sit emptor. Sed hoc non poterat nocere venditori. Rectiùs textui in hæremus; ibi: *Si se subducat*, ut solvi ei non possit: Sic enim fuerat venditor in periculò; quippe quòd denunciari quidem etiam latitanti queat. Ulteriùs ait: venditorem petere in *Lege*, ut dies *prorogetur*. Imò verò in textu est: ut *remitteretur hæc conventio*: (accuratiùs insuper, quàm ut suprâ dixerat Br., *conditio*.) *Remissio* est *sublatio*; non est *prorogatio*. Nam & venditor paratus erat ad solvendum: arg. *vers.* Sed si *se subtrahat* emptor. Indeque volebat tantùm posse quândocunque offerre, abjectâ seu *remissâ* die seu *conventionem* illâ: quid enim si & diei prorogare *se subducturus* emptor fuerat? Jam si *JURA* Textus scrutemur, ait Ille, de *Lege commissoriâ* hîc sermonem non esse, sed de *Pacto de retrovendendo*. At verò propiùs accedit *conventio hæc Legis 7. Legi commissoriæ*, quàm pacto de retrovendendo: (quanquam de cætero in pacto commissorio si pretium non solvatur per emptorem, res *inempta* fiat, ut *factò aliò* opus non sit. Hîc verò si solvatur seu restituitur per venditorem, res *inempta* fiat; & sit ergò de *solutò* quidem,



sed deinceps restitutio seu redditio: & de implenda igitur semel  
venditione; Lex commissoria solum de perfecta & implenda: ut fa-  
cilius res inempta fieri possit. Enimvero quod Brunnemannus Tex-  
tum Legis 7. de pacto de retrovendendo agere putat: per hoc totam  
Legem subvertit, & simul praestantiam illius, quod sua specie singu-  
lare quid praefert, nobis eripit. Quomodo enim potest esse pactum  
de retrovendendo, quod res ex prima eadem una venditione fit inempta?  
Unde simul incongruum est, disquirere: an in hac specie dominium  
redeat ipso jure ad venditorem, nec ne? de quo quidem Ille dubitat.  
Cum tamen non possit non redire ipso jure, quando inempta fit. Pejus  
adh. probat sententiam suam, quod hic de retrovendendo agatur, ex  
l. 2. C. eod. tit. de Pact. Int. E. & V. In qua tamen nec pactum, ut soluta  
quantitate, quam emtor dederit, res inempta fiat, ut b. l. 7. nec pactum  
de retrovend. continetur; sed pactum, ut obligatio intra tempus vel quan-  
doc. pretio res restitueretur: quod pactum ab utroque illud maxime  
differt. Sane suppositum in l. 7. pacto de retrovendendo, ex illius sententia,  
totum Responsum cum rationibus suis corrumpitur. Nam in pacto  
de retrovendendo venditio pura est; & habet post se novam venditio-  
nem. Deinde non resolvitur ibi venditio aliqua; nec secunda ven-  
ditio est prioris resolutio; sed recurrit ibi dominium a novo vendi-  
tore. Non ibi dominium tollitur sola conventionis potestate; sed dum  
revocatur, nihilom. usque ad revocationem, penes emtorem mansisse  
censetur, cum effectibus omnibus; Indeque pactum de retrovendendo  
non est habile ad hoc, ut dominium retro ab emtore in venditorem  
transferat; sed oportet, ut retrovenditio fiat, & hanc retrovenditio in-  
sequatur. Denique in pacto de retrovendendo potest emtor luere re-  
trovenditionem per praestationem ejus quod interest; nec praestationem  
in re illa habet venditor. In pacto vero ut res inempta fiat, quod conti-  
net nostra Constitutio, ista omnia habent aliter. An autem hoc est nil  
differre, aut parum (non sane nil differt, si parum differt:) pactum  
de restituendo a pacto de revendendo, ut Idem vult ad d. l. 2. C. Brunne-  
mannus: dum per pactum de restituendo in l. 2. venditori redditur do-  
minium per solam retraditionem, nulla intercedente retrovenditione.  
Quin & a nostro in l. 7. differt, quia pactum de restituendo non facit  
rem inemptam ipso jure, nec retro facit; indeque fructus b. f. percepti  
apud venditorem, eo quod eos non sine causa perceperit, remanent.

Ex

Ex quo de fructibus interim *in specie Legis 7.* perceptis (de quibus, ut  
debebat, nil *Brunnemannus*,) judicari, simulac de *usuris*, poterit: est  
enim penitus abhinc aliena quaestio, an pactum illud *in l. 7.* venditio-  
nem *ipso jure* solvat, quam nunquam potest solvere aliter, subductio  
penitus *in iudicio*. Et cum dicat *Ille, directa verba* efficere, quasi *ab initio*  
non fuisset celebratus contractus: quomodo *directa illa verba ad re-*  
*trovenditionem* referre potuit? cum tamen per rerum naturam non  
possit *retrovendi*, quod ab initio *venditum* non est. Sic ei perinde  
sunt omnia, sive paciscaris *ut res inempta fiat*, sive *ut retrovendatur*,  
sive *ut restituatur*: & perinde est, sive *actione tantum personali* experi-  
ri possis, ut *in l. 2. C. l. 21. §. 1. d. Act. E. V. junct. l. 12. P. V.* sive *re-*  
*ali*, ut *l. 7. C. d. Pact. ins. E. & V.* Sed quid causae est, quare non suffi-  
ciat *in h. l. 7. oblatio* nummorum qui dati fuerant? Equidem rejice-  
re debuit *Brunnemannus* rationem, quae à *rescissione venditionis* desu-  
mitur; quippe quae adaequata non est; & quidni *ex facti specie*, quam  
*Ille* nobis effingit, hinc est *conditionalis*, & nunc purificata, emptio:  
quae rat, *utrumque distinctionis membrum* hinc congrueret. Quid  
verò etiam, quòd *L. 2. hic* frustra opponatur: nam illius *species* planè  
à *specie Legis 7. aliena est*. Hæc tamen ratio, quae dubium habet *Com-*  
*mentatorem*, quòd *ex lege conventionis* nummi solvi debeant, vera & u-  
nica est; sed dilucidare eam debebat; nempe *oblatio non est solutio*, sed  
ad hanc obsignatio quoque requiritur: quae non foret necessaria ad  
implendum *conditionem*, (quippe quae nec talis subest; & staret per  
adversarium *se subducentem*, ne impleretur,) sed ad inducendam *libe-*  
*rationem*. Planè in pacto *de restituendo* sufficeret *nuda oblatio*, ut *in*  
*l. 2. C. eod.* & tamen non magis habet *conditionem* venditio *in l. 7.*, at-  
que *in d. l. 2.* aliqua reperitur. Sufficeret etiam in pacto *de retrovenden-*  
*do*: Sic enim cum *in mora* constituat creditorem oblatio, & mora ob-  
ligationem *perpetuet*: hinc post oblationem jus venditoris, quò *retro-*  
*venditionem* urgere possit, adhuc *durat*. Sic ergò dum *satisfacere legi*  
*conventionis vale* & potest *Museus*, *in l. 7. C. b.* quae rat. *satisfacere*  
possit, *subducturo se adversario*, definiunt *Imperatores*. Nec enim *jare*  
*petebat Museus*, ut *Impp. conventionem* illam *remitterent*: cum *nec fieri*  
*hoc potuerit*. Nempe *sublatum pactum* ille totum non cupiebat: quo-  
niam hac ratione res non futura fuerat *inempta*; sed solum tempori  
nolebatur *adstrictus esse*. Et tamen *alia* sic fuisset futura *lex conventionis*,  
cujus

cujus substantiam dies illa conficiebat: Ast jure non petitur, ut substantiam conventionis Princeps immutet vel tollat, emtorque hic obligetur in posterum, ex conventionione, aliter quam substantia conventionis patitur. Longè secus, atque in Rescriptis moratoris, (ubi prorogata die omnia creditori integra manent,) obvenit: neque enim in l. 7. tempus tam ad solutionem ex obligatione pertinet, quam ad obligationis ipsam substantiam; & cum ante solutionem nummorum jus questum non habeat venditor: hinc prorogari illud antè non potest, nec tum potest, quando non facta solutione emtori jus questum est. Hinc jure non petit Musæus quæcunque ratione legem illam remitti. Et hoc notandum habebat Brunemannus: cum quidem Notabile, quod Ipse habet, ex hac lege confici non possit: quia totum præstare voluit Musæus; neque etiam hic est recessio à contractu, sed præstatio ejus, quod conventum fuerat, juxta legem contractus. Aliud est à contractu præter opinionem recedere: aliud legem ejus, implere contractus, aut dissolvere contractum ex ipso contractu seu conventionione & lege ejus; quam omninò, ut concepta est, sequi oportet. Quia & si conventum hoc non foret, non audiretur, ne quidem omnia restitutorius. Vide omninò l. 58. d. Pactis. Sed ista fortasse plenius, cum pluribus aliis, deducet DN. Candidatus noster: cujus Lectioni solenni ut Magnif. DN. Rector, Magnif. DN. Rector designatus, & reliqui Academiae Proceres, cum Civibus universis, ad diem crastinum Saturni, in Auditorio Jctorum, horâ X. interesse haud graventur, est quod officiosè & humaniter expeto. P. P. ipso Festo  
Tr. Regum. clò lœ XCIX.








solvendis questionibus & doctrinis firmandis, u  
dignissimus fuerit habitus, qui desiderio suo pot  
stima luce *Cursoriam Lectionem* habebit, in qu  
sumsit Constitutionem Imperatoriam *Legis Si*  
*inter empt. & vendit. compos.* de qua non possum  
gustum pramoneam. Etenim pro *singulari* non  
*nemannus*, dum illum ad *retroventionem* retu  
Facto & Jure plura hic immutat. Utiq; nil  
observat; quod tamen Commentatoris est. Jam  
non jure *petit*, ut pars *Legis* prior, æquè ac post  
referatur: quæ tamen lectio non æquè probat  
ait: Venditum fuisse fundum sub *conditione*, (  
*lege*, ut *l. 1. 3. 4. C. eod.* Sic enim accuratiùs,  
primi debuit.) Non qualibet adjectio *conditio*  
*ditio pura* est; non sub *conditione*. Unde & e  
quæ ad auctorem venditionis, si rem *inemptam*  
fit dominus rei sive *retinet* eam, per defectum con  
sâ venditionis, quæ *pura* fuit. *Conditio* nil pot  
*statio pretii*, cui certa *dies præstituta* est. Porro  
rem, ut *moras nexurus* sit emptor. Sed hoc non  
ditori. Rectiùs textui inhaeremus; ibi: *Si se suba*  
possit: Sic enim fuerat venditor in periculò; qui  
quidem etiam latitanti queat. Ulteriùs ait:  
in *Lege*, ut dies *prorogetur*. Imò verò in textu  
hæc *conventio*: (accuratiùs insuper, quàm ut sup  
*ratio*.) Remissio est *sublatio*; non est *prorogatio*.  
ratus erat ad solvendum: arg. *vers.* Sed si *se su*  
deque volebat tantùm posse quandocunque off  
*missa* die seu *conventione* illâ: quid enim si & di  
*ducturus* emptor fuerat? Jam si *JURA* Textus  
de *Lege commissoria* hîc sermonem non esse, se  
*vendendo*. At verò propiùs accedit *conventio*  
*commissoria*, quàm pacto de *retrovendendo*:  
ro in pacto *commissorio* si pretium non *solvatur*  
*emta* fiat, ut *facto aliò* opus non sit. Hic verò  
tuatur *per venditorem*, res *inempta* fiat; & sit erg

X 3



creto  
e cra  
n sibi  
Pactis  
pra-  
Brun-  
rea in  
Textus  
liqui:  
orem  
FACTO  
nâ seu  
t, ex-  
c ven-  
erità,  
, non  
x cau-  
t præ-  
dito-  
ven-  
i non  
nciari  
etere  
eretur  
condi-  
or pa-  
In-  
eu re-  
e sub-  
ille,  
retro-  
Legi  
cate-  
es in-  
retti-  
idem,  
fed